

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Inuidia z
cum fontibus primis

Nulla tam modesta felicitas est
que malignitatis dentes uitare possit.

uerum
nulla tam modesta felicitas est
quae malignitatis dentes uitare possit.
et quo secessu quosdam fugeris aut
quibus infulis misericordiae permulseris,
ne alienis malis perinde ac bonis suis
laetentur et gestiant?
diuites sunt aliorum iacturis,
locupletes calamitatibus, immortales
funeribus.

Diuites enim sunt alienis iacturis,
locupletes calamitatibus, immortales
funeribus.

Valerius Maximus, *Facta et dicta
memorabilia*, 4.7.ext.2 (J. Briscoe ed.,
p.285, ll.1-9).

Vnde quidam
interrogatus quomodo
inuidos non haberet, respondit: Si nichil,
inquit, ex magnis rebus habueris, aut
nichil feliciter gesseris;

De inuidia Simonides

interrogatus a quodam, quemadmodum
inuidos non haberet, Si nichil,
inquit, ex magnis rebus habueris aut
nihil feliciter gesseris.

Pseudo-Caecilius Balbus, *De nugis
philosophorum*, 10.1 (E. Woelfflin ed.,
pp.21-2, ll.21, 1-3).

nam
sola miseria caret inuidia.

Nulla est uirtus quae non habeat
contrarium inuidiae malum;
sola miseria caret inuidia,
quia nemo inuidet misero, cui reuera non
liuor obicitur, sed sola misericordia
adhibetur.

Valerius Maximus libro IIII.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 3.25.4
(CCSL 111, P. Cazier ed., p.262, ll.11-
14).